

6
 equestris ordinis militibus provincia tribus, quorum fidei et custo-
 dia commissa fuerat, detineri posse: nec mora, ad portam pergit, et
 paululum adhuc feroces, et praecipites militum animis molliri,
 et uerborum acerbitate in officio continere coactus est: nec nulli
 post, cum propugnaculum portae appositum subiisset, delata sunt
 illi a militibus nostris quing. hostium capita hastis praefixa. Col-
 laudata itaq. eorum opera, et prosecutus liberaliter deferentes,
 ceteris pro proposito uirtutis premio animum accendit. Ad
 Maij expositis nullo impediendo in terram barbaris, circiter octo
 millium hominum agmen in alia curuaturam, ad noua Lucia
 similitudinem cornpositum, lento gradu rectoq. tramite Burgum
 petebat, quo a nostris animaduerso, equitatus omnis obviam pre-
 mittitur, duabus expeditis cohortibus subsequi iussis: haec cum in
 conuallem. S. Margarithae sacello proximum peruenissent, a sebo-
 petarijs (qui sua atq. hostis uirtutis periculum facere optabant) ini-
 tum pugnae factum est, Turcis id neutiq. detestantibus: at post
 quam noua barbarorum manus auxilio suis accessisset, neq. tan-
 tam multitudinem nostri sustinere possent, in tumuli dorsum (qui
 uallem a stabat) se recepere, rursus subsidio suorum, qui ex urbe
 praesidium contemplati subuenerant, maiore ui res agi cepta est,
 adeoq. strenue ab utrisq. certatum est, ut raro saeuior ulla leuis
 pugna uisa fuerit. Ceterum partim impetu urgentium, partim
 eo consilio, ut in insistentes ex propugnaculis et S. Michaelis
 aggere tormenta exploderentur, collem deserent, quo ab hoste
 celeriter occupato, et ad motis ad S. Margaritha sacellum pluribus